

Kreis
Büren.
S. 117

1232.

[13

Die Abtiffin Jutta von Böödiken kauft die Mühle in Graffen an.

In nomine sancte et individue Trinitatis. J(utta) Dei gracia Budicensis ecclesie abbatissa. Notum sit universis tam presentibus quam futuris, quod Goswynus miles in Gravem, cum multis debitis esset gravatus, molendinum in Gravem heredibus suis vendere prebuit, qui dixerunt, quod bona illa persolvere non possent. Venit ad conventum in Bodiken predictus G(oswynus) miles in Gravem, illud predictum molendinum conventui prebuit vendere. Conventus convenit, molendinum emerunt pro XVIII marcis et ipse amplius dominabus in defectu prebendarum suarum tenebatur in XII marcis; illam summam relaxaverunt ei, quatinus emcio illa de molendino facta fuit pro triginta marcis. Tandem venit G. predictus miles de Gravem et resignavit molendinum ad manus abbatisse et conventui cum omnibus heredibus suis, scilicet Everhardus, Meyngerus, Ludolvus, Elizabet et Henricus et Gerardus. Ut hanc ordinacionem nemo in posterum in irritum revocare valeat, et

sigillo abbatisse et ecclesie Budicensis sigillo roborari fecimus. Testes huius rei sunt Elisabet preposita, Alvradis decana, Woldradis celeraria, Alhethis (!) custos; sacerdotes Albodo, Tiodericus, Heilenricus, Conradus; layci Bertoldus advocatus, Conradus de Etlén, Herbordus Marschalcus, Conradus pincerna, Gerhardus et Hinricus fratres de Aldenboken, Rotgerus et Bruno et Lutfridus fratres de Burichle (?), Everhardus Han, Bertoldus, Tidericus iudex, Conradus et alii quam plures. Acta sunt hec (anno) incarnationis dominice M^oCCXXXII^o.

Scopiar Nr. 102.